



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Aigvlphvs M. 3. Septembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

ne tumultu ANTONINVM prohibe-
rent, penitus abscessere. Iam caput no-
bile volucres cæli mentes aquilas in-
duta, naviculâ ad Principis Festi, quem
Christo martyr pepererat, regiâ usque,
secundo flumine, deduxerunt. At Festus
Divi ædes templû & Capitis sacri mo-
numentum esse iussit. Nos etiam pro
meritis ANTONINVM laudaremus, si
vel unam illâ, de quibus diximus, vo-
lucres pennam dedissent. *Ex Mombritio
& Petro de Natalibus.*

S. AIGVLPHVVS M. 3. Septembris.

HVMILES cunas AIGVLPHVVS mag-
nis virtutibus nobilitavit, mona-
chus primò Floriacensis, tum Abbas Li-
xinensis factus. Vnus certe dignus à
Deo habitus est, qui, somno monitore,
opima illa spolia (ossa D. Benedicti)
Cassino in Gallias asportaret. Cæterum
invidia Arcadium quendam & suo mi-
nimè dignum nomine Columbum,
(Pseudomonachum utrumque,) excivit,
qui virum & monasterio & virâ eji-
cerent. Excepit AIGVLPHVVS amico
convivio hostes, & cæsus atque in vin-
cula datus, licet ab ipso custode ad fu-
giendum animaretur, turpi fuga glo-
riosum carcerem prætulit. Inde captivus
cum suis abductus, cum tempestate
diebus XL. jactarentur, solus portû sibi
petere visus est. Et petebat, sed beatita-

H h 5 tis;

tis; quam quia jam unam & animo spirabant & ore loquebantur, linguam Columbus primò jussit præscindi, tum omnibus radicibus evelli. Etiam tum disertè loquentibus laudes DEO, quibus AIGVLPHO ad concionem mirâ faciendâ dicenti erui etiam oculos mandavit, gratulatuos puto sibi, quòd ab hinc monstrum hoc, tyrannum monachum visuri non essent. Ad extremum in insulam ejecti gladioque sunt cæsi. Ne tamen improbitas ob successus sibi plauderet, adfuit in somnis Columbo ipse AIGVLPHVS, & sanguinis sui guttâ in scelerati pectore ac tergo geminos circulos descripsit. Ex his supplicii unum duntaxat reliquit, certissimū mortis omen, quâ Rex Clodoveus meritissimum affecit. Nam ut omnes scriptores taceant, facinoris immanitatem exæta linguæ loquuntur. *Ex Græf.*

S. ALBERTVS C. 3. Septembris.

Abque ventis adversis fuisset, nunquam animum ALBERTVS ad cælum appulisset, usque adeò malè Favonios sæpè vocamus. Natus in magnas opes, majores has artibus nō bonis effecerat, stultusque cælum dudū auro vendiderat. Ut tamen divitiis divitias, hoc est lutum luto adderet, velis remisque per lacum Verbanum contendit. Verùm exorta repente ingens procella
alias